

Joachim Just Breithaupt


Programma Inaugurale. Rectore Fridericianae Magnificentissimo, Serenissimo Principe Ac Domino, Dn. Friderico Wilhelmo, Marchione Brandenburgico ... Ex Collegii Theologici Decreto, Eiusdem h. t. Decanus Joach. Iustus Breithaupt, S. Th. D. Prof. P. ... Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. M. Joh. Christophori Meureri ... Auditores Omnium Ordinum solenniter invitat : P.P. d. XXIX. Iun. a. MDCC.

[S.l.], 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn794176275>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. 6. 8. 11. 68#

1. Breithauptii Dissertat: I. de Perfectione Partium

Ejurdem observat: Theologicae de Haeresi
dissat: de Incrementis in Bono et Malo
inonymis Lichtheidii.
de Nervi Pelagianismi.

Animadversiones selectae ex Antiquis probatissimis vel de viis
quorundam opinionum in ecclesia reserandas.

Exercitatio exegetica in Epistola S. Pauli in Titum.
de vera Dei verum Sacramm Notitia

2. Antonii Exercitatio Theologica de Redemptione Christi per Lytton.

Ejurdem Meditatio Theologica de conversione Divina propagatione
religionis christiana sub cruce.

3. Breithauptii $\epsilon\pi\omicron\tau\upsilon\mu\epsilon\tau\epsilon\varsigma$ $\epsilon\upsilon\chi\alpha\iota\omicron\upsilon\sigma\tau\omega\tau\upsilon\varsigma$ $\lambda\omicron\gamma\upsilon\sigma$ S: Forma Sacramm
Ejurdem dissertat: de concubitu a Christo reprobato.
et Apopulit prohibito.

Dissertatio II de Perfectione Partium.

Observationum Theologicarum ex Commentario B. Luthari in
Galatas Exercitationes X.

Dissertatio Syncretica Adami primi et Secundi
ex dicto 2 Cor: 7. 22. exhibens in argumentis
observationes Theologicae de Imagine Dei
de Notis candidiorum S. Minipereii
de Nexu communionis nostrae cum Deo
inonymis Zeroldi.

de Angelis in Matth: XVIII. 10. inonymis Bayeri

de Myserio unionis fidelium cum Deo et Christo
inonymis.

de pecum christiana veritate

de Vocatione primaria et secundaria

de Vita Christi in fidelibus in galat: II. 20.

$\pi\tau\epsilon\lambda\tau\omicron$ $\tau\upsilon\varsigma$ $\upsilon\pi\epsilon\sigma\beta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ $\pi\tau\epsilon\upsilon\pi\alpha\epsilon\tau\omicron\varsigma$ S: de Ado-
ptionis Spiritu. inonymis Meuseri.

176
Ja-1092 (68)

Breithaupti Animadversiones exegeticae dogmatico-practicae
in Epistolam S. Pauli ad Galatas.

de studio Theologiae, inauguralis Lysii.

Animadversiones exegeticae dogmatico-practicae

in Epistolam S. Pauli ad Philippenses.

Antoniae Tractatus Theologicus de Natura et gratia in Materia
de virtutibus.

Observationes Theologicae de conversione Samaritanorum
ad Christianismum ex Joh: 17.

de insigni harmonia fidei quae iustificat et gratiam
iustificandi dicitur ex libris Symbolicis.

de Superstitione iulibei pontificii imprimis Bullae virginiae
Innocentii XII. inauguralis de Lith.

Tractatus theologico-moralis de genuino principio
actionum christianarum.

Stricturae historico-theologicae in varia Naturalismi
et Rationalismi capita.

de Estimatione rationis humanae theologiae.

de Libertate christiana Apterismi Evangelici

de Patho Lutheri Animadversiones homines-theologicae
advocat Cardinal: Pallavicinum et alios disputationibus.

de odio poenitentiali.

Programma Repetitivum Lt. Theol: B. Chemnitii
intimans.

de ortu Mali hujus profundissimi in homine recepti
Apterismi theologici.

Spicilegium historico-ecclésiasticum ex Praefat: B. Lutheri
in libro vet: Testamenti.

Consideratio theologica contritionis salutariae.

de Autoritate Ecclesiae, quae Mater est, positiones
theologicae ex Hof: II. 2.

Disquisitio de qualitate fundamentorum

Bigae Meditationum biblicarum, una de Immanele
ex Math: 1. 18. altera de vobis dolen.

libris consuetudinibus ex Hof: II. 2.

Exercitio historico-theologica de vita Harmonis
Episcopi Huldrychi episcopi.

Veste

Antonii Disertatio de Spiritu Moderationis occasione
dicti 2 Timoth: 1. 7.

Veritas Christianae Religionis ipsius iudicium
obstructionibus confirmata expostat.

Breithauptii Theses Theologicae de Myseris concis
ex utraque epistola ad Corinth: potissimum derivatae

Antonii de ^cognomina fidelium

Q. D. B. V.
PROGRAMMA INAUGURALE.
RECTORE FRIDERICIANÆ MAGNIFI-
CENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN.

FRIDERICO WILHELMO,
MARCHIONE BRANDENBURG. ET ELECTO-
RATUS HÆREDE, &c. &c. &c.

EX COLLEGII THEOLOGICI DECRETO,
Ejusdem h. t. DECANUS

JOACH. JUSTUS BREITHAUPT,
S. Th. D. Prof. P. & Semin. Theol. Direct. Consil.
Consist. Elect. in Ducatu Magdeb.


AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM
VIRI ADMODUM REVERENDI ATQVE AMPLISSIMI,

DN. M. JOH. CHRISTOPHORI
MEURERI,

Voc. & confirm. Adjunct. Superint. per veterem Marchi-
am Gen. ad D. Nicol. Pastoris Stendal. & Successoris in
utroque officio designati,

AUDITORES OMNIUM ORDINUM
solenniter invitat

P. P. d. XXIX. Jun. a. MDCC.





Nihil verius, nihil admirabilius analogia ista, quam de cultu Dei ipse Dominus noster detegit Joh. IV, 24. *Deus est spiritus: & qui adorant eum, in spiritu ac veritate oportet adorare.* Utinam quod Christus Samaritidi his verbis commendavit unicum veri cultus divini principium, & credentes quivis & Theologi omnes cum animo suo sic reputarent, ut nihil de sacris aut cogitatione aut actione inirent aliter, quam intima ad veram Spiritus Sanctissimi indolem applicatione! Adoratio est cultus DEI: est agitatio non oris modo, sed præcipuè mentis ac cordis, circa Deum venerandum occupata. Mens & cor, intellectus & voluntas, ex naturali propagatione *caro* sunt; facultates carnali sensu corruptæ, & eodem circa ipsam Dei auctoritatem versari præsumentes, atque eatenus nihil non de DEO transmutantes in *mendacio* suo. Rom. I, 25. Ita homo est *caro* & mendacium: DEUS autem Spiritus & veritas. Rom. III, 4. Psalm. CXVI, 11. Joh. XIV, 6. *Quemadmodum vero Rom. VII, 14. legem esse spiritualem, at hominem carnalem,* duo hæc inter se pugnancia sunt; quorum oppositione significatur, fieri non posse, ut ta-

lia ultrò inter se coalescant: similiter Dominus Deum spiritum dicit, negatque homines idoneos, qui verè adorent eum, nisi in verà spiritûs cœlestis communi-
one constituti fuerint. Natura ipsa à propriâ rerum
illarum naturalium, quæ adversâ fronte discrepant, u-
nionem abhorret tantopere, ut incredibile statuatur,

*Ut gryphes jungantur equis, atque aurea dura
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
Pinguia corticibus sudent electra myrica,
Cum cygnis ulula certent, ævoque sequenti
Cum canibus timidi veniant ad pocula dama.*

Quòd si autem ne hæc quidem *heterogenea*, unâ eadem-
que corruptione laborantia, conciliari facilè possunt;
quantò minùs illa, quæ sanctissimi spiritûs sunt, depra-
vata carò, vel conjecturâ, vel cultu, modo consenta-
neo assequetur! Verùm enim verò tanta est naturæ
vitiositas, tam constans affectio, & à se ipsa dissentiens,
ut, licet ipsa in contrariis suo sensu disiliat, nec se con-
jungi in iis patiatur, tamen in adversum connitatur
sibi persuadere, quòd homo *ψυχινός* non adeò sit in-
validus ad spiritualia capienda; *Scripturis* contrà testan-
tibus, quod eorum non sit capax, nec possit ea cogno-
scere. 1. Cor. II, 14. Samaritis dubium quidem movit
apud Christum de loco, qui competeret faciendis pre-
cibus, sed nullum de *modo* aut *viribus* ad orandum ne-
cessariis: tam longè aberat illa à curâ & sollicitudine
spirituali, tam obtusa reddita superstitiosis receptæ con-
suetudinis ritibus, ut nec odore quodam suspicionis,
se in-

se ineptam ad orandum esse, sensisset. Itaque animum
ejus conatur Dominus ab inani de loco quæstione ad e-
am, quâ vires *supernaturales* requirit, traducere, has
monens quærendas unicè, Deo, tanquam spiritui pu-
rissimo, spiritualis indolis cultu respondentem verè.
Nam quod de religione ad regionem adstringendâ pro-
positum erat desiderium, ipse ita mutandum asseverat,
ut sola de animi emendatione sollicitam esse velit. Nec
eo contentus est, si, quis circa veritatem versetur; sed
in spiritu & veritate fundendas preces exigit, ut unum
cum Deo spiritum imo affectu fieri, vel factum esse o-
porteat, verum qui cultum præstiterit, vel Deo dignum
meditetur quidquam. Supererat, ut monstraret simul,
quâ mentis viâ in spiritum ac veritatem intrare liceat:
nec dubium est, quin Samaritanos hâc de re fideliter
edocuerit ipsa Veritas. Nos haut immerito deplora-
mus, cum tanta sint hodiè in rimandis mysteriis divi-
nis molimina, parum curæ adhiberi, ut vel adoratio
vel meditatio fiat in spiritu & veritate. Neque vero ef-
fet, quod quereremur, si naturæ, si ingenii viribus da-
retur eo percurrere: sed non verus est, nisi adopti-
onis spiritus, qui non nisi ex angustâ regenerationis
portâ obtineri potest. Optimum idcirco argumentum
sibi tractandum elegit dignissimus S. Theol. Doctoran-
dus, Vir Admodum Reverendus atque Ampliff. DN. M.
JOH. CHRISTOPH. MEURERUS, Adjunctus Superin-
tendens Palæo-Marchicus: cujus vitæ seriem ex mo-
re ut recensamus, natus ipse a. MDCLXVIII. m. Jun. d.
XIII. Patre Maximè Reverendo, DN. JOANNE UL-
RICO MEURERO, Consiliario Ducali Würtembergi-
co, Abbate Herren-Albenfi, Metropoleos Stuttgardiæ,
nec non ejusdem Diœceseos, Superintendente & Pa-

store ad D. Catharinæ; Matre Eppleniâ, nobili apud
Württembergicos loco narâ. Sacro tinctum fonte & in
foedus Gratia receptum, annisque aliquot auctum,
Optimi Parentes ita curârunt, ut & publicè & domi
pietatis ac litterarum elementa, & humaniorum, quas
vocant, artium fundamenta capiendi copia præsto es-
set. Inde in Scholam deductus patriam, atque hinc de-
inde in Gymnasium Ducale, in quo præter linguarum
exercitationes, se penitus dedit scientiis ac disciplinis,
quæ ab humanitate appellationem ducunt, orationibus
publicè semel; atque iterum habitis, nec non Logicis,
Metaphysicis, Physicis, Ethicis, Politicis disquisitioni-
bus defendendis oppugnandisque operatus sæpissimè.
Ante annum Christi LXXXVII. Academiae nomen de-
dit, postea Philosophiæ & Theologiæ in perantiqua
Eberhardina Tubingensi omnem suam operam addi-
cens, prælectionibus publicis privatisque audiendis, &
speciminibus quatuor Philosophicis seu Dissertationi-
bus ex universâ Philosophiâ, Physicâ & Morali, nec non
ex Theologiâ Naturali, & binis orationibus, Græca
altera, altera Latinâ, in publicum productis, præter
alia, ætatem impendit, donec a MDCLXXXIX. m.
Augusto summos honores Philosophicos rite XXIII.
inter Competitores loco tertio accepit. Ex eo in stu-
dia Theologica se plenius immisit, Theticis, quæ su-
perioribus annis audierat, Polemica addens quæ vo-
cantur Collegia, atque Exegetica Doctoribus, quæ pu-
blice, qua privatim, Dominis J. A. OSIANDRO, Acad.
Cancell. Eccl. Præpos. & Prof. Primario; D. GEORG.
HENRICO KELLERO, D. GEORG. HENRICO
HÆBERLINO, D. MICHAELE MULLERO, Profes-
soribus t. t. Theologis, sæpiuscule Dissertationibus pu-
blicis

blicis exercitus. Porro vicinis perlustratis Patriæ Gal-
liæque provinciis, in alias Germaniæ Academiis, Alt-
dorffinam, Jenensem, Lipsiensem, ob Martis Gallici
furores, tanquam ad tranquillitatem recipiendam in-
continuandis studiis, est missus, ibique aliquandiu vi-
xit. Anno XCI. Spe novæ Academiæ Halæ commora-
tus, Studiosæ juventuti, Celeberr. D. CHRIST. THO-
MASIUM, Consiliar. Brandenb. audienti, operam in E-
loquentiæ Latinæ ac disciplinarum Philosophicarum ex-
ercitio præstitit. Urgebat tunc B. Parentis voluntas,
ut post auspicia A. XCII. visitatis cum curâ in itinere
celebrioribus aliis Germaniæ Academiis, Wittenber-
gensi, Helmstadiensi, Rostochiensi, Gryphiswaldensi,
Kiloniensi, urbibusque insignioribus; iter literarium
fufciperet in BELGIUM: ubi in Lugdunensi & Ultraje-
ctina Academiis plurimo tempore transacto, Amsteloda-
mi, Hagæ Comitum, Delphis &c. cum eruditis pluri-
mis familiaritatem contraxit, è quibus paucos nomi-
nat, WITSIUM, ROELLIUM, RENFERDIUM, quo-
rum usque huc commercio litterario dignatus est.
Tandem per West - Frisiæ & Omlandiæ Academiis,
Franequeranam & Groninganam, observatis quoque
illustrioribus Saxoniz Inferioris civitatibus, Lubeca,
Hamburgo &c. A. XCIV. Halas redux non sine mi-
randa providentiæ divinæ ductu, denuo impetratâ fa-
cultate Lectiones privatas in studio Eloquentiæ, Hi-
storiæ, & Cursu Philosophico, semel atque iterum per-
tractato, disputandi methodo &c. continuavit: de qui-
bus bina testantur Programmata, typis exscripta. Ac-
cessit Disputatio ejusdem auctoris respondentis The-
olog. sub præsidio Magnif. Acad. Pro-Rect. B. D. JOH.
GVIL, BAIERI, de Ministerio Evangelico ritè vocato,
habita


habita, ac alia de Methodo disputandi, ipso præside.
Singulari mox Vocatione A. XCV. ad Wolmerstadiensis
Ecclesiæ Ministerium vocatus, divino sic volente nutu in
eo expertus varia, nuper à Serenissimo ac Potentissimo
Electore Brandenburgico, Domino nostro Clementissi-
mo, designatus, vocatus & confirmatus est Adjunctus Su-
perintendens Generalis per Veterem Marchiam Pastor-
que Stendaliensis ad D. Nicolai, in utroque officio suc-
cessor futurus, jussusque simul, Doctoris Theologi gra-
dum impetrare. Stitit se Collegio nostro, jam tum
fatis notum eximiis à Deo concessis auctisque donis Theo-
logicis, eundemque se præstitit speciminibus privatis, ac
publicis è cathedrâ Academicâ atque Ecclesiastica: ut ad
consummandum hoc opus nihil superfit, quàm Disputa-
tio Inauguralis, quam de *Adoptionis Spiritu* habiturus est
d. XXX. Jun. horis ante- & pomeridianis. Ad quam au-
diendam, nunc PROCERES, PROFESSORES, CIVES, quos-
que suo nomine honorandos, etiam atque etiam decenter
invitamus. P.P. in Acad. Frider. d. XXIIIX. Jun.


MDCC,




a-
o,
ca
e-
a-
r,
i-
d
n
e
i
.
s









honn Dissertatio de Spiritu Moderationis occasione
dicti 2 Timoth: 1. 7.

veritas christiane Religionis ipsius iudicium
obtectationibus confirmata expofitay.

hinc Thefes Theologicæ de Myfteris concio
ex utray epiftole ad Corinth: potiffimum derivatur
opu digne a fidelium